

/ Admodum Reverende, atque amantissime Domine. Vivit in memoria
mea dulcis illa consuetudo, quam non brevi tempore Lovanii simul
habuimus. Recordor pia colloquia, honestas deambulationes, et quam
saepe, quantaque cum devotione mihi sacrificanti ministrabas, ac
5 sacratissimum Christi corpus de manu mea suscipiebas. Eam vero pie-
tatem postea mirum in modum auctam, teque ex religiosissimo iuvene
in senem perfectissimum evasisse, quod ex litteris P. Leonardi Les-
sii cognovi, mirificè gaudeo, ac Deo nostro, à quo bona omnia des-
cendunt, gratias ago. Unum vehementer cupio, ut cum ambo iam senes
10 simus, et propinquum exitum expectemus; sanctis tuis orationibus
fiat, ut qui in vita dileximus nos, post mortem quoque non separe-
mur. De causa librorum tuorum nihil dico, quoniam facile giudicare
potes, res tuas non minus quam meas mihi cordi esse. Vale. Romae
die 10. Augusti 1606.

15 R.D.T.

uti frater addictissimus
Robertus Card^{lis} Bellarminus.

F.B.4 fol.14 brouillon autogr. Lettre reprod. dans Ann.de l'
Université de Louvain, 1842, p.143